Item dabuntur tria molt siliginis unum molt siliginis ex domo Gherdinc in Dulre et unum molt siliginis ex Parvo Busch in Rossem. Tertium molt siliginis ex decima Eylardinc in Losser [distribuendum] recipiendum. Vacat. Et distribuentur tribus vicibus in pane videlicet in vigilia Pasche, in vigilia Ascensionis et in vigilia Penthecostes. *Custos et organista participabunt.*

(f.21r)

APRILIS

I g. *KL THEODORE VIRGINIS. QUINTINI MARTYRIS.*

II a. *MARIE EGIPTIACE.* Obijt Rotgherus de Essche et Aleydis eius uxor qui contulerunt quartam partem decime Zyvordinc in Haslo, *in panibus distribuendam.*

III b. *EVAGRIJ ET BENIGNI MARTYRUM.* Obijt dominus Stephanus de Lederen Canonicus qui contulit septimam partem decimarum Curie in Hylten et Hartgerinc.

Obijt Styna de Gheesteren que continet (= contulit) unum modium siliginis ex bonis Arnynchoff in Hasselo. Obijt Jutta Boningerhaves, quae contulit decimam nonam partem decimarum Henrikinck et Hamsinck anno Domini 1481. Obijt Fenna Kempen, quae contulit modium siliginis ex domo Joannis Biter. Redemit Henricus Wernsinck.

(f.21v)

III c. *AMBROSII EPISCOPI.* Obijt Hazeke uxor Goswini Barbitonsoris que contulit dimidium modium siliginis de domo Lamberti Herghelt.

Festum domini Joannis de Beveren canonici huius ecclesiae, qui contulit unum florenum renensem aureum per custodem ministrandum ex Leferdinck.<sup>1</sup>

Obijt dominus Arnoldus Wonders presbyter, qui contulit modium siliginis ex campo Inslach prope Zodenberger Esch.

V d. *MARTIANI MARTYRIS.* Memoria domini Weneri Slij et Hildgondis matris eius ad quam contulerunt sextam partem decime Bynchorst in Lutta.

VI e. *THIMOTHEI MARTYRIS.* Commemoratio prepositi Huperti pro qua cedet [unum molt siliginis ex bonis Nicolai de Overhaghen]. [**Pro nunc Johannync in Dulre et Kemenade**]. Decima pars decimae Gelinck.

Commemoratio domini Jacobi Staggen pro qua ministrabitur sexta pars decime Hegherschehove apud Delden.

Obijt Lammeke ten Wyenhues que contulit septimam partem decime Herinc in Rossem.

(f.22r)

VII f. *DONATI ET ALIORUM.* Obijt Nanne de Deghenynchem qui contulit medium modij siliginis de domo et orto Conradi sutoris iunioris.

Pro admissione ad praesentias Vicarij Vicariae fundatae per Simonem de Thia unus modius siliginis ex Arninckhoff et Bernerinck.

VIII g. *DIONISII EPISCOPI.* Obijt Mechildis filia Egberti de Harlo pro cuius memoria cedet quarta pars decime Hesselinc in Zenderen.

---

<sup>1</sup> De memorie van van Beveren (hand D) is boven de eerste inschrijving geplaatst.

IX a. *PROCHORI MARTYRIS.*

(f.22v)

X b. *APOLLONIJ PRESBYTERI.* Obijt dominus Menso Menonis Vicarius altaris sancti Stephani huius ecclesiae anno Domini 1475 qui contulit unum modium siliginis ex quodam agro per Gerardum Puesters pro nunc, cuius medietas hic ministrabitur. Reliqua medietas die Galli pro anima domini Johannis Menonis quondam Decani huius ecclesie.

XI c. *LEONIS PAPE.* Obijt Johannes Scaep qui contulit unum modium siliginis ex bonis Asveldinc in Drinen.

Obijt dominus Gherardus then Thorne Curatus in Werslo qui contulit unum modium siliginis [de bonis Curie in Deghenichem]. **Pro nunc ex bonis Lodgherinck in Hasloe et Wyldeshues in Dornynghe.**

Obijt Margareta uxor Rodolphi van Overhaghen quae contulit medium modium siliginis ex medietate bonorum Lentelinck apud Delden.

XII d. *JULIJ PAPE.* Obijt dominus Bernardus de Zebelinge vicarius altaris sancte Crucis qui contulit Canonicis et vicarijs sex grossos antiquos de domo sua.

Obijt Johannes de Bervorde qui contulit unum molt siliginis forensis de domo Velthoff in Alberge.

(f.23r)

XIII e. *EUFEMIE VIRGINIS.* Anno Domini MCCCCIX. Obijt Johannes Hundeborch armiger pro quo Rodolphus eius filius ac pro Neza vanden Cloester matre sua contulit tres modios siliginis in anniversario Johannis antedicti distribuendos inter Canonicos et vicarios ut moris est. Et pro quibus tribus modijs Rodolphus predictus annuatim rendebit donec ipse vel heredes sui dominis decano et Capitulo viginti unum scudatos antiquos monete regis Francie tradent ad comparandum alios tres modios. *Recipiendi ex Frederinchuis et Cogenscote.*

Obijt Petrus Faber et Engele eius uxor qui contulerunt dimidium molt siliginis de domo Henrici Brunger apud murum. *Nunc per Merschman in Lutta perpetuandum.*

Obijt Mechildis de Rutenberge que contulit sextam partem decime Lusinc in Drynen.

Obijt Margareta Nyelant et Mechildis eius filia que contulerunt quartam partem decime Snoync in Haerlo. Obijt Gesa van Aken quae contulit medium modium siliginis ex parva Westerwick.

Obijt Goswinus Schaep anno 1507 qui contulit medium modium siliginis per haeredes. Idem contulit undecim modios avenae ex Lambertinck in Lutta pro admissione Vicarij Vicariae Sanctae Annae fundatae per Simonem van Thie ad praesentias.

XIII f. *TIBURTIJ ET VALERIANI MARTYRUM.* Obijt Remboldus ten Zodenberge qui contulit unum modium ordeï ex bonis Wilbertinc in Wolde. Obijt

Johannes Goosens iunior qui contulit medium modium siliginis ex Tijthoff, Ruehoff, Oesterhoff apud Almelo.

Obijt Aleydis uxor Egberti van Heiden quae contulit medium modium siliginis per haeredes Egberti van Heiden scilicet Hermannum van Heiden.

*Obijt Goswinus Schaep anno 1507 qui contulit medium modium siliginis per haeredes perpetuandum.*

XV g. *OLIMPIADIS MARTYRIS*. Obijt Aleydis de Karsem que contulit duo molt cum dimidio molt avene forensis **de domo Ecbertinc in Roden in Lutta**. Obijt Hartgherus de Heghehuzen qui pro se et Evesen uxore sua contulit sextam partem decime Binchorst in Lutta.

Memoria Gerardi Tappen et Gerburgis eius uxoris pro qua cedet dimidius modius siliginis ex bonis Wylbertinc in Wolde. Obijt Henricus Ronsel de Rintelem quondam Rector scholarium de Aldenzaell qui contulit medium modium siliginis ex domo Margaretae Blancke uxoris suae. Nunc Gerhardi ten Nienvelde anno 1482.

(f.23v)

XVI a. *KALESTI MARTYRIS ET ALIORUM*. Obijt dominus Hermannus Binchorst Curatus in Enschede qui contulit quintamdecimam partem bonorum Abrahamynck in Aglo.

Obijt Henricus dictus Rempe qui contulit tres scepelinos siliginis ex bonis Curie in Gheesteren.

XVII b. *PETRI MARTYRIS*. [Obijt dominus Rodolphus de Bervorde qui contulit unum modium siliginis de domo Snoync in Harlo. **Vacat**<sup>1</sup> Item contulit medietatem decime parve]. **Vacat in isto loco**

Memoria domini Henrici Hond decani et suorum parentum ad quam contulit idem dominus Henricus quintam partem decime Vrilinc in Velthusen.

Obierunt Albertus et Aleydis mater Alberti qui contulerunt tres grossos Turonenses cum dimidio de quodam orto up der Woert per Fennam Dalkaten.

Item contulerunt quintam partem decime Lansinc in Lemeslo.

Obijt Henricus Scaep qui contulit unum modium siliginis **per heredes perpetuandum**.

XVIII c. *ELEUTHERIJ EPISCOPI*. Obijt dominus Rodolphus de Bervorde qui contulit unum modium siliginis de domo Snoync in Harlo. Item contulit medietatem decime parve Hulzet in Boninge. Item idem contulit decimam grossam unius agri magne Hulzet *dicti ager Batue*.

Obijt Ludolphus ter Thorne senior qui contulit [alterum dimidium modium siliginis ex bonis Johannis Wonder] decimam partem decime Adelinc in Vaelth.

(f.24r)

---

<sup>1</sup> Het woord *Vacat* (hand B) staat boven het eerste woord *obiit*.

XIX d. *URSMARI EPISCOPI*. Obijt Ernestus Beyer qui contulit pro se et uxore sua unum molt siliginis ex domo dicta parvum Beyerinc apud Oetmersem.

Obijt Johannes ter Kulen qui contulit pro se et Lubberto fratre suo unum molt siliginis ex bonis Johanninc in Gammynclo.

**Obijt dominus Gherardus Monick Canonicus huius ecclesie presbyter qui contulit unum molt siliginis videlicet modium ex Nyenhues in Gammincloe, reliquos tres scepelinos ex Meygerinck in Bonyng Lasschehoff et Roelvync in Voelt.**

XX e. *VICTORIS PAPE*. Anno Domini 1520. Obijt dominus Engelbertus Peze presbyter et Canonicus huius ecclesie qui contulit duos modios siliginis ex domo domini Johannis Pezen, unum ad presentias et alterum modium pro celebrantibus.

Idem contulit Senioribus octo Vicarijs medium modium siliginis ad Vina populi<sup>1</sup> communicantis, quae omnia dominus Johannes, etiam huius ecclesiae canonicus, numerato pretio redemit.

XXI f. *SIMEONIS EPISCOPI*. Obierunt Johannes de Steenwege et Yda eius uxor qui contulerunt unum molt hordei ex certa decima Wergerinc in Lutta. Memoria domini Johannis Bilrebeke apud quam contulit unum modium siliginis ex bonis [Gertrudis de Heyden]. **Pro nunc Hoykynchoff in Dulre.**

(f.24v)

XXII g. *GAIJ PAPE ET MARTYRIS*. **Obijt Fenna uxor Nannen de Deghenynchem que contulit medium modium siliginis ex domo sua apud forum.**

Commemoratio domini Johannis de Beveren decani pro qua contulit medium modium siliginis ex Hovel.

Pro admissione ad praesentias Vicarij Vicariae fundatae per Simonem van Thie unus modius siliginis ex Arninckhoff et Bernerinck.

XXIII a. *GEORGIJ MARTYRIS*. Festum domini Andree Achterhues semiprebendarij ad quod contulit quartam partem decime Hylbrandinc in Zenderen tribus horis ministrandis (=am).

Obijt Gerardus de Dulre qui contulit decimam partem decimarum Hoykinc in Dulre et case.

Obijt Nicolaus dictus Beyer qui contulit unum molt siliginis ex dicta domo Nyenhues in Lutta et in Elfte.

Obijt dominus Henricus Roboem canonicus huius ecclesie qui contulit decimam Oding in Lemeslo grossam et minutam inter presentes distribuendam.

Obijt Vincentius de Eijll praepositus anno 1497. Dedit custodi ij modios siliginis pro quibus perpetue pulsabit ad elevationem in summa missa, et dedit nigram tunicam suam <bovenge-schreven: sericam nigram> pro casula ad ministrandum.

---

<sup>1</sup> Rovenius (hand E) lijkt hier een afkorting of onvolledige formulering van D aan te vullen.

XXIII b. *ALEXANDRI MARTYRIS*. (erboven geschreven:) *Ludgeri Episcopi*>. Festum domini Henrici de Heeck apud quod contulit xviii scepelinos siliginis forensis ex domo dicta Gherdinc in Dulre, tribus horis distribuendis (=os).

Obijt dominus Ghizelbertus prepositus huius ecclesie qui contulit decimam Halbertinc cum medietate decime domus dicte Olthues. Item contulit decimam partem bonorum Mersch et Schuer in Lutta. 1206<sup>1</sup>

Obijt dominus Becker Canonicus huius ecclesiae qui contulit unum modium siliginis in pane ministrandum.

(f.25r)

XXV c. *MARCI EVANGELISTE*. Obijt Engela ten Thorne que contulit unum modium ordeï ex Campo Ade.

Anno Domini 1529 obijt dominus Joannes Becker Canonicus et officialis, qui contulit modium siliginis in pane ministrandum inter presentes canonicos et vicarios.

Idem Joannes Becker fecit solemnizare quottannis festum commendationis deipare Virginis, et erit semper feria sexta post dominicam Misericordia Domini, ad quod contulit tres modios siliginis per Custodes ut moris est tribus horis similiter in pane ministrandos. Custos et organista gaudebunt.

Obijt [Engelbertus praepositus] anno 1470 Margareta uxor Arnoldi Jegers quae contulit medium modium siliginis ex domo Arnoldi Kempen. Commemoratio Thomae Ruwe ut infra Nativitatis Christi.

XXVI d. *CLETI PAPE ET MARTYRIS*. Obijt dominus Henricus de Zolmis qui contulit duo molt siliginis ex domo dicta Lyppinchoff sita in parochia Enschede pro sui et domini Ottonis filij sui Canonici Monasteriensis memoria peragenda.

Obijt domina Elborch Snoync que contulit tertiam partem decime Hesselinc in Rossem.

**Obijt Locka Mauricij que contulit unum modium siliginis ex decima Clarinc et Hesselinc in Manre.**

Obijt Bernhardus Huzekens qui contulit pro se et Mette uxore sua medium modium siliginis ex Bergh in Lemslo.

XXVII e. *ANASTASIJ PAPE*. Obijt Mechildis de Laer mater domini prepositi Huperti que contulit unum molt siliginis forensis ex bonis Wylbertinck in Wolde.

Memoria Lamberti Mille et eius uxoris qui contulerunt sextam partem decime Lusinc in Drynen.

---

<sup>1</sup> Het jaar 1206 is in de marge geschreven (waarschijnlijk hand E: Rovenius). Volgens Prümers (De proosten van Sint Plechelmus te Oldenzaal. Doct.scr. Universiteit Utrecht 1991) p. 63 werd deze proost Ghizelbertus genoemd tussen 1279 en 1296.



Obijt Johannes Wonder qui contulit decimam partem bonorum Mersch et Schuer in Lutta.

Obijt Stina Fillix que contulit unum modium siliginis ex domo Gerardi Wiferdinc apud forum. *Postea Hermanni Rotgers.*

(f.25v)

XXVIII f. *VITALIS MARTYRIS*. Obijt Engelbertus de Vrekestorpe miles qui contulit pro se et uxore sua unum molt siliginis ex domo claustrali domini Johannis Brant.

**Obijt dominus Johannes Kluppel vicarius in Almeloe qui contulit medium modium siliginis ex domo Bernardi Zwafertinc et bonis eiusdem.**

XXIX g. *TICHICI DYACONI*. Obijt dominus Johannes de Thya canonicus huius ecclesie qui contulit decimam unius [ecclesie] Campi dicti Horstkamp, pertinentis ad domum Buerwinkel iuxta Laghe.

XXX a. *TORKENWALDI CONFESSORIS*. Obijt Oda de Zaterslo que contulit unum molt siliginis ex Curia Odinchoff sita in Burscapio Esche et parochia Velthusen. *Redemptum 1545.*

Obierunt Henricus de Zebelingen et Aleydis eius uxor qui contulerunt tertiam partem decime Hesseling in Rossem.

Obijt Ebele Dodingwerdes que contulit unum modium siliginis ex domo Engelberti Beckers iuxta domum Johannis Petrinc situata.

(f.26r)

## MAIJ

I b. KL *PHILIPPI ET JACOBI APOSTOLORUM*. Festum domini Jacobi Staggen vicarij altaris sancti Lamberti ad quod contulit duos modios siliginis ex bonis Groethues et Dasseler recipiendos dimidium modum in primis vesperis et dimidium molt in matutinis et unum modium in missa inter Canonicos, Vicarios et Chorisocios presentes ministrandum.

II c. *ANASTASII EPISCOPI*. Obijt Lubbertus Assinc qui contulit tertiam partem decime Ruehoff.

## III d. *INVENTIONIS SANCTE CRUCIS*.

*Anno 1614 die tertia Maij. Obijt Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Sasboldus Archiepiscopus Philippensis, et Ultraiectensis, ac confoederatarum Belgii Provinciarum, ac nuper reductarum Transisalaniae partium Vicarius generalis Apostolicus, qui praeter complura Ecclesiae Aldenzalensi praestita beneficia, pro sui memoria reliquit Centum florenos valoris 20 stufferorum ad perpetuum redditum collocandos vel per Capitulum perpetuandos, sic ut annis*

*singulis in die obitus sui anniversario distribuuntur praesentibus Canonicis et Chorisocijs 6 fl. 5 st.*

*Anima ipsius requiescat in sancta pace. Amen.*

(f.26v)

III e. *QUIRIACI MARTYRIS*. Commemoratio domini prepositi Huperti pro qua cedet unus <unus> modius siliginis ex bonis et domo Schypperhenric. Commemoratio domini Jacobi Staggen pro qua cedet sexta pars decime Hegherschehove apud Delden.

Obijt dominus Henricus de Bramen qui contulit unum molt siliginis forensis ex Wifferdinchoff in burscapio Herdingen apud Ulzen. *Redemptum per Conradum a Delden.*

Obijt Daye de Vreden que contulit unum molt siliginis ex domo Claustrali dominorum Wenemari et Johannis de Beveren.

Obijt Lubbertus de Dutenheim qui contulit decimam partem bonorum Vlakesbeke apud Losser.

V f. *HILARIJ EPISCOPI CONFESSORIS*. Obijt Jutta de Honychlo que contulit tertiam partem decime Wissing in Tubberghe.

VI g. *JOHANNIS ANTE PORTAM LATINAM*. Festum domini Henrici de Karsem ad quod contulit sex scepelinos siliginis forensis et sex scepelinos ordeï forensis ex certa decima Lutgarinc in Haslo sub trabe.

**Obijt dominus Johannes Havekesbeke vicarius in Deghenynchem qui contulit [unum modium siliginis ex bonis Speelmynck in Lonyker] sextam partem decimae Mersch in Dulre. Obijt Fenna Rasecops quae contulit ut infra xiiij Septembris.**

(f.27r)

VII a. *JUVENALIS MARTYRIS*. Obijt Gherardus Gherdinc qui contulit unum molt siliginis [per dominum Hermannum Bever]. **Pro nunc ex Meygerynck in Bonynge Lasschehoff et Roelvync in Voelt. Pro admissione ad praesentias Vicarij Vicariae fundatae per Simonem van Thie unus modius siliginis ex Arninckhoff et Bernerinck.**

VIII b. *WIRONIS*. Obijt mater domini prepositi Philippi que contulit xvi scepelinos siliginis parve ex certis decimis Detmarinc et Willinc in Roetmen sub trabe.

Obijt Gostuwa Mauricii, quae contulit unum modium siliginis ex Lambertinck in Lutta anno Domini 1476.

IX c. *ANDREE APOSTOLI*. (*erboven geschreven door hand E: Rovenius:*) *Gengulphi Martyris*. Obijt Rodolphus de Wolflare que (= qui) contulit unum molt siliginis ex bonis Assing in Alberge.

(f.27v)

X d. *GORDIANI ET EPIMACHI MARTYRUM*. Obijt dominus Hugo de Bervorde decanus huius ecclesie qui contulit *medietatem*<sup>1</sup> decime Ter Scoppen in Lutta [exceptis quatuor solidis monete currentis qui cedunt memorie matris sue]. *Alius liber habet decimam grossam et ministrabit ter Schoppe*.<sup>2</sup>

Obijt Ludolphus ten Toerne anno 1480 presbyter Canonicus huius Ecclesiae qui contulit i molt siliginis ex Lambertinck in Lutta. Idem contulit post usufructum filiae suae in Almelo unum florenum aureum hic ministrandum pauperibus in calceis per custodem capituli ex Lambertinck in Lutta<sup>3</sup>

XI e. *ANTIMI PRESBYTERI*. Obijt Margareta uxor Hugonis de Boeclo que contulit unum molt siliginis vel medietatem bonorum Veldinc in Getloe. Obijt Johannes de Bervorde qui contulit florenum aureum Renensem. Idem contulit florenum aureum Renensem ad Semipraebendam.

XII f. *NEREI, ACHILLEI ET PANCRACIJ MARTYRUM*. Obijt **dominus**<sup>4</sup> Philippus prepositus Sancti Salvatoris qui contulit quartam partem decime Ullande apud Oldenzalam.

Obijt dominus Gerardus Snoye Curatus in Degheninchem qui contulit unum molt siliginis ex bonis Arninchoff in Haslo.

*Anno Domini 1515 die Pancracij martyris obijt dominus Swederus de Beveren, Canonicus huius ecclesiae qui contulit modium siliginis per Capitulum perpetuandum.*

(f.28r)

XIII g. *SERVATIJ EPISCOPI*. Obijt dominus Johannes de Wislo Canonicus huius ecclesie qui contulit septimam partem bonorum Parve Bavelo in Lutta.

**Obijt Katherina soror domini Johannis Brand Canonici qui contulit ut supra in die Mathie apostoli i modium siliginis.**

XIII a. *VICTORIS ET CORONE MARTYRUM*. Obijt dominus Ghisbertus presbyter filius Henrici de Deghenincheym qui contulit [dimidium modium siliginis per dominum Mensonem Mensonis comparandum] [**pro nunc de domo et orto Swarte Johannis**] decimam nonam partem decimarum Hinrekinck et Hamsinck.

XV b. *SEPTEM CONFESSORUM*. Commemoratio domini Stephani Beyer presbyteri Canonici huius ecclesie et suorum parentum qui contulit quartam partem decime Zyvordync in Haslo.

Obijt Rembertus de Goer qui contulit unum modium siliginis ex domo Johannis Luttekehues apud murum *scilicet medium modium per Provisores ecclesiae Sancti Plechelmi, et medium modium ex Arninchoff et Rimerdinc.*

<sup>1</sup> *Medietatem* door hand D erboven geschreven.

<sup>2</sup> *Alius...Schoppe* is in de marge links genoteerd: hand E, Rovenius.

<sup>3</sup> *Lambertinck in Lutte* in potlood toegevoegd, mogelijk door Geerdink.

<sup>4</sup> *Dominus* door hand B erboven gezet.

(f.28v)

XVI c. *AQUILINI MARTYRIS*. Obijt dominus Bernardus de Vullenho Canonicus qui contulit quatuor modios siliginis ex bonis Groethues in Bornen. Item contulit quartam partem decime magni Caveric in Lutta.

Obijt Lisa relicta Mensonis ten Thoerne que contulit unum modium siliginis.

**Obijt dominus Johannes Delden canonicus huius ecclesie qui contulit unum molt siliginis ex Beernerynck in Lemeslo.** *Pro nunc ex decimis Hinrikinc et Hamsinc.*

XVII d. *TORPETIS MARTYRIS*. Obijt dominus Rodolphus de Laer Canonicus huius ecclesie qui contulit decimam partem decimarum Hoykinc et case.

**Obijt Pelegrinus ten Toerne qui contulit dimidium modium siliginis ex Rogghenkamp in legione Berchusen per heredes perpetuandum.** *Pro nunc sextam partem mediarum decimarum Hesselinc et Clarinc in Manre.*

XVIII e. *FELICIS EPISCOPI*. Obijt Bertoldus Reding qui contulit septimam partem bonorum Luttike Bavele in Lutta.

Obijt dominus Rotgherus de Bergha presbyter qui contulit unum modium siliginis ex bonis Johannis Wonder et tres scepelinos ex bonis Leffardinc in Udele.

Obijt Aleydis uxor Hermanni Kreppen que contulit unum modium siliginis ex domo Bernardi Hundepypen. *Ex bonis Arninchoff, Kemenade et Remardinc.*

(f.29r)

XIX f. *POTENTIANE VIRGINIS*. Obijt dominus Johannes Hoxberch presbyter canonicus huius ecclesie qui contulit medietatem decime grosse domus Engelbertinc in Rossem sine minuta.

Commemoratio domini Johannis Bilrebeke pro qua cedet unus modius [ex bonis Ghertrudis de Heyden]. **Pro nunc ex Hoykinchhof in Dulre.** *Alius liber habet, ex curia in Aglo.*

Obijt Hilla Ventrinc que contulit dimidium modium siliginis ex domo Henrici Tymmerman dicti Hudden.

Obijt Aleydis de Eme que contulit unum modium siliginis [ex domo Regis Balistarij]. **Pro nunc ex bonis Leffhardynck in Udele.**

XX g. *BASILLE VIRGINIS*. Obierunt dominus Wernerus de Marclo et Fenne Hoetwalkers qui contulerunt unum molt siliginis ex domo Ventrinc in Wolde.

*Anno 1507 obijt Albertus Nijehuis, qui contulit dimidium modium siliginis ex praedio Dasseler, per Dominum Wesselium de Merthem Curatum in Wederen solvendum. Postea per dominum Gerardum Fabri de Tubbergen, vicarium in Almelo. Redemptum.*

XXI a. *THIMOTHEI APOSTOLI*. Obijt Gherardus Snoye qui contulit quartam partem decime Eylardinc in Manre.

Obijt Ludolphus de Diepenbrocke senior qui contulit septimam partem decime domus Herync in Rossem.

(f.29v)

XXII b. *CASTI ET EMILIJ MARTYRUM*. Obijt dominus Diricus ten Thoerne qui pro se et suis parentibus Dirico et Cristina contulit decimam partem decimarum Hoykinc et casam in Dulre.

Commemoratio domini Johannis de Beveren decani pro qua contulit medium modium siliginis ex Hovel.

XXIII c. *DESIDERIJ EPISCOPI*. Obijt Stephanus Beyer qui contulit [pro se] unum molt siliginis ex domo claustrali [domini Gerardi de Randen prepositi] **pro nunc domini Johannis Dronten.**

XXIII d. *DONATIANI MARTYRIS*. Commemoratio magistri Arnoldi de Steenwyc Canonici huius ecclesie qui contulit quartam partem decime Unlande apud Aldenzalam de qua dabitur crathera alba in domo Thye inter festum Martini et Nativitatis Christi. Item idem contulit unum molt siliginis parve ex certa decima Harbertinc in Vleder *sub trabe*.

#### **Festum Octave Ascensionis** <sup>1</sup>

Ad peragendum festum Octave Ascensionis contulit dominus Gerardus Monyck Canonicus huius ecclesie alterum dimidium modium siliginis [ex decima Merschinc in Dulre post mortem ipsius domini Gerardi]. **Pro nunc ex bonis Wennynck in Dornynge. Item contulit idem dominus Gherardus unum scepelinum siliginis ex Leefferdinck in Udele.**

(f.30r)

XXV e. *URBANI PAPE ET MARTYRIS*. Obijt Aleydis Twenthes que contulit pro se et Johanne Twent marito suo sextam partem decime Lusync in Drynen.

Memoria parentum Wilhelmi ter Lunenborch tres schepelini daventrienses ex bonis Arninckhoff in Haslo.

*Anno 1496 obijt Lumme Beckers, quae contulit pro se et Engelberto Becker, et Henrico Sluter maritis suis dimidium modium siliginis per haeredes suos perpetuandum.*

XXVI f. *BEDE PRESBYTERI*. Obierunt Fredericus Redinc miles et Mechildis uxor eius qui contulerunt septimam partem bonorum Parve Bavele in Lutta.

---

<sup>1</sup> *Festum Octave Ascensionis* is in de marge links genoteerd (hand B) om de lezer opmerkzaam te maken op de notitie *Ad peragendum....Udele* (van hand A en B).

XXVII g. *JULIJ MARTYRIS*. Obijt Johannes Stenger qui contulit unum molt siliginis ex bonis Ansemannync in Voelt.

(f.30v)

XXVIII a. *GERMANI EPISCOPI*. Obijt dominus Arnoldus de Iselmuden Canonicus huius ecclesie qui contulit tria molt cum dimidio ex certa decima Westendorp in Vlederinge. Item contulit octavam partem decimarum Oesterwijn et Wege in Dulre.

Obijt dominus Arnoldus ten Oerde vicarius huius ecclesie qui contulit sextam partem decime Lusinc in Drynen.

XXIX b. *MAXIMINI EPISCOPI*.

XXX c. *FELICIS PAPE ET MARTYRIS*. Obijt dominus Stephanus vicarius huius ecclesie qui contulit unum molt siliginis ex bonis Ansemannync in Voelt.

Obijt Jutta relicta Petri ten Thorne qui contulit dimidium molt siliginis [ex domo Johannis Gozens]. **Pro nunc ex decima ten Spolde.**

Nota. Pro antiphona Salve regina cantanda in die Penthecostes et feria secunda sequenti dicta nona repetendo ter in fine Maria contulit Stephanus Beyer quartam partem decime Zyvordinc in Haslo.

(f.31r)

XXXI d. *PETRONILLE VIRGINIS*. Obijt Arnoldus de Zebelinge Canonicus huius ecclesie qui contulit alterum dimidium molt forense semi siliginis et semi ordeï ex domo Swederinc in Lossen.

Obijt Ida relicta quondam Johannis Steenweges que contulit quintam partem decime Vrylinc in Velthusen.

*Plura in altero legenda libro et notanda.*

## JUNIJ

I e. KL *NICOMEDIS MARTYRIS*. Obijt dominus Hupertus de Laer prepositus ecclesie Aldenzalensis qui contulit unum modium siliginis ex Campo Ade. Item unum molt siliginis parve ex certa decima Lentfordinc in Vlederinge. Commemoratio domini Jacobi Staggen pro qua cedet sexta pars decime Hegherschehove apud Delden.

II f. *MARCELLINI ET PETRI MARTYRUM*. Obijt Arnoldus Saxo qui contulit pro se et Roetzella uxore sua unum molt siliginis parve ex certa decima Middestorp in Vlederinge.

(f.31v)

III g. **HERASMI EPISCOPI.** Obijt Arnoldus de Zanctis Canonicus qui contulit decimam partem bonorum Vlakesbeke in Losser. Item contulit duos solidos Monasterienses ex domo Ghezen Roleves apud portam lapideam. *Postea Rudolphi de Bervorde.* #<sup>1</sup>

Obijt Mechildis Hartgheri que contulit pro se et Hartgero marito suo unum modium siliginis ex bonis Groethues et Dasler.

# *Hic Census perijt Capitulo per conflagrationem oppidi factam anno 1492 vulgo Helmichs brant, nam ab eo tempore deserta iacuit area ad annum 1562, quo anno Bernardus de Bevervorde coepit aedificare, et numeravit Capitulo pro Iure quod deperditum erat octo aureos Carolinos.*

### III a. **QUIRINI EPISCOPI.**

V b. **BONIFACIJ ET SOCIORUM EIUS.** Festum domini Henrici de Karsem decani ad quod contulit unum molt siliginis ex Curia dicta Molthoff *sub trabe.*

Item idem contulit quindecim scepelinos avene forensis de Egbertinc in Lutta.

Obijt dominus Henricus de Vienna Episcopus Traiectensis qui contulit decimas novalium cum domino Ottone de Hollandia Episcopo dicte ecclesie Traiectensis in hunc modum: quicumque interfuerit in anniversario suo in vigilijs et in missa dabuntur ei de dictis decimis duodecim denarij graves.

*Quantum coniiicere licet videntur perijsse Capitulo decimae novalium Anno 1510, quo anno in die Sanctae Scholasticae Oldenzalia per prodicionem a Carolo Gelriae duce capta est, direpta et exusta, adeoque deploranda fuit tunc oppidi conditio, ut Christophorus a Baden Episcopus Ultraiectensis (cuius literae de novalibus sunt apud Capitulum) consenserit ut Collegium Swollam transferretur, Swollensibus, promissa pecunia Episcopum et Consiliarios hoc petentibus, et obtinuissent forte, nisi duo fratres canonici Aldenzaliae nati amore Patriae obstitissent. Rursum anno 1517 ablatae sunt Capitulo omnes litterae sigillatae a Mindensibus in urbem receptis. Annis sequentibus praesertim anno 1522 Geldri variis modis oppidum vexaverunt, unde orta fuit magna rerum Capituli iactura, ac invalescente haeresi Lutherana, et multiplicatis peccatis et scandalis, Clerus paulatim contemptus est. Nobiles et divites ea quae majores eorum ecclesiae donaverant, vi, minis, blanditijs, fuco partim abstulerunt, partim quorundam partialitate redemerunt, quod facile illis factu, cum nos perdissemus nostra munimenta. Quae deinceps usque ad praesentem annum 1613 passa sit et patiatu Aldenzalia et Capitulum norunt omnes. Convertamur ad Dominum et convertetur ad nos.*

(f.32r)

VI c. **PHILIPPI MARTYRIS.**(erboven gezet:) *Martyrum XX.* Obijt Theodericus de Holte miles qui contulit tres solidos graves de area sua dicta Jodevelder Stede prope domum fratrum de Ghelre Johannis Hamesen custodis. *Nunc Aleidis van Eerden. Haec moriens reliquit Melchiori Wijnhoff 1560.*

---

<sup>1</sup> Het # is een verwijzing en is van hand E (Rovenius).

Ad festum sacramenti peragendum contulit dominus Henricus de Laer decanus huius ecclesie medietatem decime domus Reynync in Dornynge. Item contulit quartam partem decimarum Elardync et Luderinc in Losser.

Anno 1495 in profesto Margrete Virginis obijt Venerabilis vir dominus Joannes de Drunthen presbyter et Canonicus huius ecclesie et Pastor in Oetmersen dictus de Oelde Drunthen, qui pro Reverentia Corporis Domini ordinavit quod singulis annis in profesto sacramenti die, et in octavo die, in apportatione eiusdem ad altare Tantum ergo etc., et in reportatione Genitori cantabitur. Et ipso die sacerdos celebrans cantabit devote tribus vicibus Ecce panis angelorum corpus Domini demonstrando, choro sibi respondente, ad quod contulit modium siliginis ex Engelbertinck.

**Festum sacramenti**<sup>1</sup>

VII d. *PAULI EPISCOPI*. Obijt nobilis Egbertus de Benthem vicedominus Monasteriensis qui contulit medietatem decime Detardinc in Dulre ut moris est distribuendam.

*Obijt Bruno Schaeps qui contulit i modium siliginis per haeredes perpetuandum.*

*Memoria domini Johannis Badenbeke Canonici Lubecensis, qui contulit pro se et Henrico Hove tria volumina in pergameno scripta, scilicet duo decreta et librum Codicis.*

*Anno 1591 obijt dominus Henricus Virsen decanus quondam huius ecclesiae, qui pro memoria sua perpetuanda reliquit Capitulo 100 daleros; ex his dat Capitulum annue in officio celebrantium 2 daleros. Idem dominus Virsen reliquit annue 9 florenos de 28 stuferis ex domo sua in usum Choraulium impendendos per Capitulum.*

VIII e. *MEDARDI EPISCOPI*. Obijt Margareta de Dolre que contulit pro se et pro Henrico de Almelo marito suo **que contulit quartam partem medietatis bonorum Stuterlinc in Wilsem.**

Obijt Hermannus Mauricii qui contulit **unum modium siliginis**<sup>2</sup> [ex bonis Nicolai Overhaghen]. **Pro nunc ex Johannync in Dulre et Kemenade in Gammincloe.**

*Anno 1479 obijt Gertrudis Grevinchoves quae contulit modium siliginis ex campo Johannis Waninck situato prope Nijenvelde.*

(f.32v)

IX f. *PRIMI ET FELICIANI MARTYRUM*. Obijt Bernardus Sweden qui contulit quinque scepelinos siliginis daventriensis ex casa parvi Buschinc in Rossem.

Obijt Ghebba ter Oesterwijn que contulit unum modium siliginis ex domo et bonis Schipperhenrix.

---

<sup>1</sup> *Festum Sacramenti* staat in de marge rechts genoteerd, is van hand B.

<sup>2</sup> de passage *unum modium siliginis* is van hand B, over hand A heengeschreven



X g. *BASILIDIS*. Obijt dominus Arnoldus de Almelo dictus Brune Canonicus huius ecclesie qui contulit septimam partem parve Bavelo in Lutta.

Festum octave Trinitatis ad quod contulit Johannes de Thya Canonicus huius ecclesie duos modios siliginis et tres modios ordeï de certa decima Randinc prope Delden qui modij tribus horis ut moris est equaliter dividuntur.

**Festum octave Trinitatis** <sup>1</sup>

XI a. *BARNABE APOSTOLI*. Obijt Stephanus Beyer Canonicus huius ecclesie qui contulit duo molt siliginis de domo claustrali domini Johannis Delden.

Item idem dominus Stephanus Beyer contulit unum molt siliginis pro festo sacramenti in octavis peragendo ex certa decima Gripinc in Volt.

Item idem contulit dimidium molt siliginis ex domo Ansemanninc in Voelt existentibus in matutinis.

**Festum octave Sacramenti** <sup>2</sup>

(f.33r)

XII b. *ODULFI CONFESSORIS*. Festum domini Henrici de Karsem decani ad quod contulit unum molt brasij ex domo Egberting in Lutta in Roden. Item unum molt siliginis ex Curia dicta Molthoff in Lutta.

XIII c. *FELICULE VIRGINIS*. Obijt Johannes van den Berghe, Curatus in Schutterope qui contulit unum molt siliginis ex bonis Leffardinc in Udele.

**Obijt dominus Johannes Bonyngerhoff vicarius in Steenwijck, qui contulit alterum dimidium modium siliginis ex bonis magnum Bavele et Reymaldinck in Lutta, et redimi possunt pro decem et octo schudatis aureis ducis Wilhelmi.** *Olim ex Dubbedinck et Stenebrinc in Boningen.*

XIII d. *HELISEI PROPHETE*. Obijt Arnoldus de Rothem qui contulit octavam partem decimarum Oesterwijn et Weghe in Dulre.

(f.33v)

XV e. *VITI ET MODESTI MARTYRUM*.

XVI f. *JUSTINE VIRGINIS*. Commemoratio dominorum Nicolai et Stephani Beyer fratrum Canonicorum huius ecclesie qui contulerunt unum molt siliginis parve ex certa decima domus Wergarinc in Lutta cum decima minuta domus eiusdem.

---

<sup>1</sup> *Festum octave Trinitatis* staat links in de marge genoteerd, hand B.

<sup>2</sup> *Festum octave Sacramenti* staat ook links in de marge, hand B.

Obijt Jacobus Grayken qui contulit unum modium siliginis ex domo [Johannis ter Huls]. **Pro nunc ex Boijnchove.** *Pro nunc nonam partem decimarum Vrilinc et Braeck.*  
Obijt Rothgerus Greve qui contulit unum modium siliginis ex bonis Groethues to Hertmen in parochia Bornensi.

Obijt Henricus Faber qui contulit quintam partem decime Kevelham in Goer. *nunc Duvelshoff.*

Commemoratio domini Johannis Bilrebeke pro quo <=qua> contulit unum modium siliginis [ex bonis Gertrudis de Heyden]. **Pro nunc ex Hoykynchoff in Dulre.**

*Obijt Egberta uxor Frederici Brant qui contulit i modium siliginis ex domo ipsius percipiendum.*

XVII g. *ALEXIJ CONFESSORIS.* **Commemoratio domini Lubberti Vossen qui contulit medietatem decime Kalthaer in Lemesloe.**

*(f.34r)*

XVIII a. *MARCI ET MARCELLIANI MARTYRUM.* Obijt Henricus de Laer alias de Eme pro cuius memoria cedet unum molt siliginis [per dominum Hermannum Bever]. **Pro nunc ex Meygerynck in Bonynge, Lasschehoff et Roelvync, in Voelt.**

XIX b. *GERVASIJ ET PROTASIJ MARTYRUM.* Obijt Tydemannus de Batmen Canonicus huius ecclesie qui contulit octavam partem decimarum Oesterwyc et Weghe.

Obijt Wolba uxor Arnoldi Dosels que contulit quintam partem decime Vrilync in Velthuzen.

XX c. *CIRIACI MARTYRIS.*

Anno Domini 1523 obijt dominus Everardus de Marcka Canonicus huius ecclesie qui contulit modium siliginis per Capitulum.

Nota. Dominus Stephanus de Esche presbyter Canonicus Elstensis legavit unum molt siliginis perpetui redditus ex domo domini Johannis Bonyngerhoves iuxta preposituram ad portandum reliquias cum processione per circuitum civitatis feria quarta vel sexta prout commodius fieri poterit ante festum Nativitatis sancti Johannis Baptiste, et celebretur missa pro serenitate aeris et distribuetur inter presentes in missa et processione. Nunc ex domo Georgii de Marcka.

*(f.34v)*

XXI d. *ALBANI MARTYRIS*. Obijt Fredericus dictus Wale vicarius huius ecclesie qui contulit unum molt siliginis ex curia dicta Wifferdynchof apud [Velthusen]<sup>1</sup> **Ulzen**.

Obijt Fenna Poppen que contulit pro se et Arnolde marito suo quintam partem decime Vrylinc in Velthusen.

Obijt Gerardus Dalkote qui contulit unum modium siliginis ex agro dicto Veltbrede apud Aldenzaliam.

Obijt Fenna uxor Arnoldi de Wijck dicti Scheers que contulit unum modium siliginis [ex domo Johannis de Besten]. **Pro nunc ex Wedeghinc in Hasloe**.  
*Egbertinc ibidem, Schoppe in Gamminclo, Kotte in Lutta.*

XXII e. *ALBINI MARTYRIS*. (*erboven geschreven*;) *DECEM MILLIUM MARTYRUM*. Festum Jutte de Almelo ad quod contulit tertiam partem decime Wyssinc in Tubberge.

Obijt dominus Nicolaus Beyer canonicus et presbyter qui contulit quartam partem decime magne Caveric.

Item decimam grossam cuiusdam campi spectantis ad casam dictam Lutlikehues in Dorningen cum minuta decima.

Obijt Heylike Textoris que contulit duo molt siliginis parve ex certa decima Lentfordinc in Vlederinge.

Obijt Bernardus de Zybelinge et Ida eius uxor, Rodolphus de Echten et Jutta de Dedem eius uxor qui contulerunt unum modium siliginis ex bonis Hassekinc in Wolde.

Obijt dominus Wynandus de Twiclo prepositus huius ecclesie qui contulit medietatem decime Lamberting in Lemeslo. *Anno 22*.

Nota. Pro augmento festi Decem millium martyrum  
Venerabilis vir dominus Leffardus Cluppel Canonicus et  
thezaurarius huius ecclesie contulit unum modium siliginis  
ministrantibus presentibus ante primam lectionem in  
matutinis. Custos et Organista gaudebunt ut Vicarij. *Cantabitur  
Historia O Rex regum et solemnabitur in maiori organo.*

Commemoratio domini Joannis de Beveren Decani pro qua  
contulit se <mi> modium siliginis ex Hovel.

XXIII f. VIGILIA.

(f.35r)

XXIII g. *NATIVITAS SANCTI JOHANNIS BAPTISTE*.

XXV a. *LEBUINI CONFESSORIS*. Obijt Gertrudis Byters que contulit unum molt siliginis ex domo Arnoldi de Bervorde et Fenne matris sue.

Commemoratio Domini Thome Ruwen etc. ut Nativitatis Christi.

---

<sup>1</sup> Het woord *velthusen* is enigszins geradeerd

Obijt Eskinus ter Wedeme qui contulit medium modium siliginis ex Bervetloe in Wolde.

Anno 1540 obijt Reverendus dominus Sybertus de Riswijck praepositus Aldenzaliensis Cliviensis et Cancellarius ditionis Cliviensis, qui contulit ad communes praesentias quadringentos aureos Rhenenses, ut observetur quater in anno memoria eius. Ex Parva Westerick.

XXVI b. *JOHANNIS ET PAULI MARTYRUM*. Obijt Rodolphus de Covordia famulus qui contulit medietatem decime Bestmannync in Lutta. Obijt dominus Bernardus Tackinc qui contulit [unum molt siliginis de agro dicto Gotenstucke pro quo cedet tertia pars decime ten Spoelde]. **Pro nunc quartam partem medietatis bonorum Stuterslync in Wylsem.**

Festum venerabilis viri domini Henrici de Besten huius ecclesie Canonici qui obijt Anno Domini 1488 ipso vero die Katrine Virginis, et contulit unum molt siliginis [ut moris est] tribus horis inter presentes distribuendum ex Aerninchoff, Kemenade et Remerdinck.

(f.35v)

XXVII c. *SEPTEM DORMIENTIUM*. Commemoratio prepositi Huperti pro qua cedet unus modius siliginis ex domo et bonis Schipperhinrix.

Commemoratio Jacobi Staggen pro qua cedet sexta pars decime Wensync in parochia Bornen.

Obijt Jutta mater Margarete de Dulre que contulit decimam partem decimarum Hoykinc et case.

Obijt Ludolphus Oertwini presbyter vicarius Zutphaniensis qui contulit dimidium modium siliginis ex domo Haer apud murum iuxta domum fratrum de Zutphania. *Nunc Arnoldi Schulten.*

XXVIII d. *VIGILIA*. Obijt Ghizeltrudis de Ulzen que contulit quintam partem decime Kevelham apud Goer. *Nunc Duvelshof in Lutta.*

XXIX e. *PETRI ET PAULI APOSTOLORUM*. Festum domini Wynandi de Twiclo prepositi huius ecclesie ad quod contulit tres modios siliginis tribus horis distribuendos [ex curia in Deghenynchem]. **Pro nunc ex bonis Lutgarynck in Hasloe et Wyldeshues in Dornynghe.** *Pro nunc duos modios perpetuandos per dominum Johannem de Beveren Decanum et i modium per capitulum perpetuandum ex parva Westerick.*

(f.36r)

XXX. f. *COMMEMORATIO PAULI*. Festum domini Johannis Bilrebeke ad quod contulit sex scepelinos siliginis mesure davenportiensis **ex Lasschehof<sup>1</sup> in Voelt et Meyerinc in Boninge.**

Obijt dominus Henricus de Laer decanus huius ecclesie qui contulit decimam partem decimarum Hoykinc et Case. *Stormaet et Stroet.*

---

<sup>1</sup> De woorden *ex Lasschehof* zijn door hand B over de tekst van A heengeschreven.

## JULIJ

I g. *KL FIDEI SPEI ET CARITATIS* Et octava Johannis baptiste<sup>1</sup>

Festum domini Rodolphi de Laer canonici ad quod contulit unum molt siliginis ex certa decima Zyngraven.

II a. *PROCESSI ET MARTINIANI MARTYRUM. VISITATIONIS BEATE MARIE VIRGINIS.* Festum domini Henrici Hont decani huius ecclesie ad quod contulit medietatem decime grosse et minute domus Vriling in Gammynco tribus horis in primis vesperis in matutinis et in missa ut moris est ministrandam.

Obijt Aleydis Beyers que contulit campum upden Nyenvelde situatum iuxta campum vicarie sancti [Laurentij] Lamberti. *Habuit hunc campum Henricus Lot pro xii kromsterten ad vitam.*

Obijt Arnoldus de Almelo qui contulit octavam partem decimarum Oesterwijk et Wege.

(f.36v)

III b. *TRANSLACIO SANCTI THOME APOSTOLI.* Festum domini Nicolai Beyers ad quod contulit campum dictum Beyers camp up der Wurt situatum. *Hoc campo usus fuit dominus Johannes Duvelkens vicarius huius ecclesie pro quatuor florenis aureis annue.*

IV c. *TRANSLACIO SANCTI MARTINI.* Festum domini Florentij de Jutphaes prepositi ad quod contulit quintamdecimam partem bonorum Abrahamyn in Aglo.

Obijt Aleydis uxor Hermanni Barbitonsoris qui contulit octo scepelinos siliginis forensis de certa decima Syngraven.

V d. *DOMITIANI MARTYRIS.* Obijt Gotfridus Beyer famulus qui contulit unum molt siliginis ex domo dicta Nyenhues in Lutta.

(f.37r)

VI e. *OCTAVA APOSTOLORUM.* Festum domini Wynandi de Twiclo prepositi huius ecclesie ad quod contulit duos modios siliginis per heredes Snellen tribus horis distribuendos.

Obijt Themo presbyter qui contulit pro se et matre sua quartam partem Monekinchoff in Lutta.

Obijt Hazeke Depenbokes que contulit dimidium molt siliginis ex domo Grevinchoves.

---

<sup>1</sup> De woorden *Et octava Johannis baptiste* zijn door hand A ernaast geschreven.

Obijt Ghude Bevers alias Kremers que contulit medium modium siliginis ex parva Westerick. *Alias ex domo Frederici Brant, ac postea Wicboldi Cannegieter quo ad pauperiem redacto et domo incendio absumpta locoque vendito cuidam Johanni Clumper anno 1559 vel circiter redemptum.*

VII f. *PANTHENIJ MARTYRIS.* (*erboven geschreven:)* OCTAVA COMMEMORATIONIS. Festum domini Adolphi de Brandlecht ad quod contulit duos modios siliginis ex curia in Ghesteren quorum dimidius modius in matutinis distribuetur.

Obijt Adam de Mulner pro cuius memoria cedet dimidius modius siliginis ex campo dicto Wortkamp et bonis Johannis Wonder. *Postea ex decima Adelinc in Valthe.*

Obijt dominus Petrus de Ulzen vicarius huius ecclesie qui contulit quartam partem decimarum Eylardinc et Luderinc in Losser.

XXIX f. *MICHAELIS ARCHANGELI*. Memoria domini Henrici Hont decani huius ecclesie qui pro se et parentibus suis et omnibus fidelibus defunctis ordinavit quod in vigilia Michaelis ante inceptionem vesperarum cantabuntur vigilie novem lectionum et in laudibus fiet circuitus Cymeterii cum aspersorio sicut in vigilia animarum. Et ipso die Michaelis finitis tertijs cantabitur missa pro defunctis usque ad offertorium inclusive. Pro qua fienda contulit duos modios siliginis ex bonis Remboldinc in Drynen inter canonicos vicarios et chorisocios distribuendos.

---

<sup>1</sup> De passage *et Iustine* is erboven geschreven, met verwijzingsteken tussen *Cipriani* en *Martyrum*.

Obijt Johannes de Haslo qui contulit unum modium siliginis ex bonis Gertrudis de Heyden. *Alii ex bonis Laschehoff in Valthe et Meyerinc in Boninge.*

**XXX g. JERONIMI PRESBYTERI.** Festum domini Henrici Hont decani ad quod contulit tertiam partem decime Maet apud Enschede.

Obijt dominus Arnoldus de Essche qui contulit quartam partem decime Hesseling in Zenderen.

Obijt Henricus Konyneck de Stenvorde et Lutgardis vidua qui contulerunt sextam partem decime Binchorst.

**Obijt Mechtildis uxor Jordani de Diepenbroeck que contulit medietatem tertie partis decime Krumhoff excepto primo uno modio siliginis pro memoria Kunnen ter Lowijc de totali decima.**

Festum Domini Ludolphi ten Thoerne, canonici huius ecclesiae qui contulit aureum Renensem per custodes tribus horis ut moris est ministrandum.

*Memoria benefactorum Fraternitatis Beatae Mariae Virginis fit feria tertia post Dedicationem in Missa et pridie vigilia novem lectionum ad quod dat Fraternitas tres scepelinos siliginis annue praesentibus ministrandos. Missa fit feria tertia solemniter de Domina, pro qua provisores contulerunt decimam partem bonorum Vlakesbeke in Losser.*

(f.51v)

## OCTOBRIS

**I a. KL REMIGIJ EPISCOPI ET ALIORUM.** Festum domini Rodolphi Millen Canonici huius ecclesie ad quod contulit tertiam partem decime Maet apud Enschede.

Obijt dominus Rodolphus Millen Canonicus qui contulit tertiam partem decime Maet apud Enschede.

Obijt dominus Ludolphus Meyerinck qui contulit quatuor scepelinos siliginis forensis mesure ex bonis Ansemannynck in Voelt. Item unum modium avene ex bonis Wilberting in Wolde.

**II b. LEODEGARIJ MARTYRIS.** Obijt Pelegrinus ten Brincke qui contulit unum modium siliginis ex domo Regis balistarij. *Pro nunc Everardi.*

Obijt Ida de Empninchem que contulit unum modium siliginis ex domo Johannis Wonders.

*Obijt Arnoldus Tuniken qui contulit i modium siliginis ex Kemmenade in Gamminclo.*

**III c. DUORUM EWALDORUM.** Obijt Lutgardis de Zebelingen que contulit unum molt semi siliginis et semi ordeï de quibus respondebit vicarius altaris Sancte Crucis.

Obijt Fredericus vanden Dunen, Mechildis et Gertrudis eius uxores et Reyneke uxor Jacobi ten Thoerne pro quorum memoria Elisabeth van Dunen contulit unum modium siliginis **ex domo Jacobi Bodekers iuxta portam Episcopi. Item unum modium siliginis ex decima ten Spolde.**



(f.52r)

III d. *MARCI ET MARCIANI MARTYRUM*. Obijt Lambertus Magnus qui contulit tertiam partem decime Ruehoff in Haslo. Item contulit unum molt cum dimidio siliginis parve ex certa decima Harberting in Vlederinge.

\* Nota: Feria [sexta] tertia post dedicationem cantabitur missa solempniter de Domina ratione confraternitatis pro qua provisores eiusdem contulerunt decimam bonorum Vlakesbeke. \*

*Obijt Simon de Dedem, qui contulit modium siliginis perpetuandum per matrem. Redemit Conradus a Dedem.*

*Anno 1480 obijt Bernarda uxor Johannis Schaep, quae contulit i modium siliginis ex Kemenade in Gaminclo.*

\* in de marge rechts staat: **de feria tertia post dedicationem**

V e. *PLACIDI ET ALIORUM*. Obijt dominus Lambertus Heket vicarius huius ecclesie qui contulit quintamdecimam partem bonorum Abrahamynck in Aglo.

Obijt Henricus de Dulre qui contulit pro se et Catherina uxore sua novem scepelinos siliginis forensis ex domo dicta Uphues in Lutta.

Obijt Swena Dalkoten que contulit unum modium siliginis per Capitulum de fabrica perpetuandum. *Quondam ex domo Bertoldi. Nunc iudicis apud murum et iudex redemit.*

VI f. *MARCELLI MARTYRIS*. Obijt dominus Arnoldus Beyer vicarius huius ecclesie qui contulit unum molt siliginis ex curia dicta Westerhoff in Nortdornynge.

Memoria domini Johannis Bilrebeke pro qua cedet unus modius siliginis non plus ex domo [Johannis ter Huls et bonis Boginchove]. **Pro nunc Henrici Pastoris.** *Quondam ex medietate bonorum Lentelinc apud Delden.*

Obijt Margareta de Schonevelde que contulit octavam partem decimarum Oesterwyc et Weghe.

Obierunt Gerardus de Bervorde et uxor eius in Weemslo qui contulerunt decimam partem domorum Mersch et Schuer in Lutta.

(f.52v)

VII g. *MARCI PAPE, MARCELLI ET APULEI MARTYRUM*. Obijt Locka filia Johannis des Koniges que contulit quartam partem decime magni Caveryc.

Obijt Johannes dictus Schulte Johannes qui contulit unum modium siliginis de agro Schulten dicto de Zantbrede. Pro nunc Johannes de Ruwe *vel Gerardi Bodekers.*

VIII a. *SYMEONIS SENIS*. Obijt Mechildis dicta Scapes que contulit sex grossos antiquos et bonos ex domo dicta Velthues in parochia Wederden.

Obijt dominus Johannes Scaep Canonicus ecclesie Sancti Salvatoris Traiectensis qui contulit octo scepelinos siliginis forensis ex bonis Ansemannynck in Voelt.

Obijt Henricus Stellinck Armiger qui contulit quintam partem decimarum Reping et Steghe.

*Anno 1512 obijt Johannes Jegher, qui contulit modium siliginis per haeredes perpetuandum.*

**IX b. DYONISII ET SOCIORUM EIUS.**<sup>1</sup> Festum domini Henrici Hoenhorst Lantcommendatoris Westphalie ad quod contulit quartam partem decime Hillebrandinck in Zenderen.

Obijt Everardus de Bode dictus Broyer et Gertrudis eius uxor qui contulerunt tertiam partem decime Asveldynck in Drynen.

*(f.53r)*

**X c. GEREONIS ET VICTORIS MARTYRUM.** Festum dominorum Swederi Humbertinc, Johannis Bilrebeke et Gerardi Guetkint Canonorum ad quod contulerunt alterum dimidium modium siliginis tribus horis per vicarium Sancti Antonij solvendum.

Obijt dominus Swederus Humbertinc canonicus huius ecclesie qui contulit decimam grossam domus Elverkync in Drynen et decimam minutam habebit custos campanarius.

Obijt Theodericus ten Thoerne qui pro se et Jacobo ten Thoerne contulit quartam partem decime Brunync in Lemeslo.

Obijt Arnoldus <Arnoldus> Sartor qui contulit unum modium siliginis ex domo sua. Pro nunc Wilhelmi Scroders. *Nunc Lamberti ter Maat, et est primus modius ex eadem domo, quia relicta Arnoldi accepit virum Hermannum Kerle, qui vendidit provisoribus Sancti Plechelmi unum modium ex eadem domo.*

**XI d. PROBI MARTYRIS.** Memoria domini Wilhelmi de Bervorde Canonici huius ecclesie ad quam contulit casam dictam Steenbeke in Lutta ut moris est distribuendam.

Obijt Aleydis relicta Bernardi de Rede que contulit unum modium siliginis ex bonis Groethus in Hertmen *prope Borne.*

*Anno 1480 obijt Johannes Loeth qui contulit i scepelinum siliginis ex domo sua.*

**XII e. TRIUM MILIUM MARTYRUM.** Obierunt Gerardus Snoye, Fenna eius uxor et Egbertus eorum filius qui pro liberis, fratribus et sororibus dicti Egberti contulerunt dimidium molt ordeï ex domo ten Brincke in Dornynge. Item contulerunt quintam partem decime Lansync in Lemeslo.

Obijt Oda uxor Wilhelmi de Losser que contulit dimidium modium siliginis [ex domo Johannis ter Hulst]. **Pro nunc ex Boynchoff.** *Quondam ex domo Johannis ter Hulst, nunc vero nona pars decimarum Vrilinc et Braeck.*

*(f.53v)*

---

<sup>1</sup> De naam van deze heilige was aanvankelijk in rood, is met zwart overgeschreven.

XIII f. *THEOPHILI EPISCOPI*. Obijt Johannes dictus Twent et Gertrudis eius uxor qui contulerunt unum molt siliginis ex domo Gerdinck in Dulre in pane distribuendum.

Obijt Rodolphus Hundeberch armiger pro quo Rodolphus eius filius contulit duos modios siliginis in anniversario Rodolphi antedicti distribuendos inter canonicos et vicarios. Pro quibus duobus modiis Rodolphus predictus respondebit donec ipse vel heredes sui dominis decano et Capitulo vigintiquatuor florenos Renenses tradant ad comparandum alios duos modios. *Nunc ex Frederinchove et Cogenscote.*

*Obijt Gertrudis Bevers, quae contulit unum modium per provisos ecclesiae perpetuandum.*

XIII g. *CALIXTI PAPE*. Obijt Mechildis Rikenynck que contulit unum molt siliginis ex Curia dicta Westerhoff in Nordornynge in parochia Degheninchem.

*Festum Sanctae Trinitatis in gratiarum actionem ob miraculose liberatum a Geusijs oppidum anno 1572, quo die decrevit decanus et Capitulum quotannis celebrare processionem cum Venerabili Sacramento vel dominica proxima festo Sancti Calixti et post processionem cantabitur solemniter Te Deum laudamus in navi ecclesiae. Custodes ministrabunt praesentibus tribus horis 42 stuferos. Sacellani, custos, organista, ludimagistri gaudebunt ut vicarii. Prima processio fuit anno 1573.*

XV a. *TRECENTORUM MARTYRUM*. Obijt Johannes Custos qui contulit pro se et uxore sua domum suam iuxta Cimeterium pro qua dabuntur tres scepelini siliginis annuatim. **Pro nunc Aleydis de Losser.**

Obijt Arnoldus ter Haer qui contulit tres scepelinos siliginis ex domo [Dagen ter Smeden]. **Pro nunc Johannis Berndync.** *Quondam domini Johannis Bernardi de Daventria.*

*Pro admissione ad praesentias vicarij vicariae fundatae per Simonem van Thye unus modius siliginis ex Arninckhoff et Bernerinck.*

(f.54r)

XVI b. *GALLI CONFESSORIS*. Obierunt Margareta de Laghe, Gertrudis de Elen et Gostua de Bynchorst que contulerunt dimidium molt siliginis ex bonis Laschehoff in Voelt.

Obijt dominus Johannes **Grijp**<sup>1</sup> presbyter Canonicus qui contulit quartam partem decime Monekynchoff.

Memoria uxoris Egberti Tackync que contulit quartam partem decime Holtwyc in Aglo.

*Obijt dominus Johannes Mensonis quondam decanus huius ecclesiae pro qua cedit i modius siliginis. Vide 10 Aprilis.*

XVII c. *FLORENTIJ EPISCOPI*. Obijt Berta uxor Petri de Hargelo que contulit unum molt siliginis parve sub trabe ex certa decima Wolbertinck apud Ulzen.

---

<sup>1</sup> De naam *Grijp* is erboven geschreven door hand B.

**Obijt Heylike Groethues pro cuius memoria Delze filia eius contulit dimidium modium siliginis de campo Ade.**

XVIII d. LUCE EVANGELISTE. Festum domini Gerhardi Hollender Novocastrensis Monasteriensis diocesis, vicarij Trium Regum qui contulit semiduos modios siliginis ex praedio Tijthoff in Rossum, tribus horis ministrandos prout moris. Erectio festi facta per eundem cum adhuc superesset anno Domini 1560.<sup>1</sup>

Obijt dominus Reynoldus de Covordia qui contulit Canonicis et Vicariis grossam et minutam domus Lowick in Rossem.

Item contulit unum molt siliginis de domo claustrali domini Alberti Hoveken *alias Heindrici de Meschede.*

Obierunt Stephanus ten Oerde et Aleydis eius uxor qui contulerunt decimam grossam et minutam canonicis et vicarijs domus Holling in Halle in parochia Ulzen.

Obijt dominus Otto then Thorne Canonicus huius ecclesie qui contulit unum molt cum dimidio siliginis ex campo Pelegrini ten Thoerne dicto Roggencamp anno Domini MCCCCLI. *Pro nunc ex decimis Hesselinc et Clarinc in Manre.*

(f.54v)

XIX e. LUCIJ MARTYRIS. Commemoratio domini prepositi Huperti pro qua ministrabitur unus modius siliginis ex bonis Mensonis ten Thorne *ex decimis Hinrikinck et Hamsinc.*

Commemoratio domini Jacobi Staggen pro qua cedet sexta pars decime Wensinck in Bornen.

Obijt Oda de Eme que contulit dimidium molt siliginis ex domo [Johannis Brunynck apud cimeterium. Nunc de domo Mensonis ten Thoerne sartoris]. **Pro nunc Gherardi Barbitonsoris.** *Quondam Bernardi Steenhouwens apud cymeterium.*

XX f. MAXIMI MARTYRIS. Obijt Talle filia Johannis Konynges que contulit tertiam partem decime Hesselinc in Rossem.

Obijt dominus Johannes Luttekehues Canonicus presbyter qui contulit unum modium siliginis [ex curia Degheninchem]. **Pro nunc ex Lodgherinck in Hasloe et Wildehues in Dornynge.** *Quondam ex Dubbeldinc et Stenebrinc.*

*Obijt Rutgerus de Besten, qui contulit quandam petiam terre arabilis situatam in Berrichuizer Esch, valentem xiii stuferos.*

XXI g. UNDECIM MILIUM VIRGINUM. Festum domini Rodolphi de Bervorde quondam Canonici Aldenzalensis ad quod contulit decimam grossam et minutam domus Swedering in Losser inter presentes distribuendam.

Obijt Egidius de Enghuzen presbyter huius ecclesie qui contulit quintamdecimam partem bonorum Abrahamynck.

(f.55r)

---

<sup>1</sup> Deze passage betreffende Hollender is erboven geschreven door hand D.

XXII a. *SEVERI EPISCOPI*. Obijt dominus Conradus de Hengelo presbyter qui contulit alterum dimidium modium siliginis ex bonis Wilberting in Woelde. *Commemoratio domini Johannis de Beveren, ad quam contulit i modium siliginis ex Hoewel in Gammiclo.*

XXIII b. *SEVERINI EPISCOPI*. Obijt Ludolphus Wonder decanus huius ecclesie anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo qui contulit decimam grossam et minutam bonorum Detardinck in Lemeslo.

XXIII c. *FELICIS MARTYRIS*. Obijt Gerlacus dictus Boliken et Aleydis eius uxor pro quorum memoria cedet decima pars decime Hoykync cum casa.

(f.55v)

XXV d. *CRISPINI ET CRISPINIANI MARTYRUM*. Obijt Fredericus de Dijcke notarius qui contulit unum molt siliginis ex Parva Hulzet in Bonynge. *Commemoratio domini Thomae Ruwe presbyteri ut infra Nativitatis Christi.*

XXVI e. *AMANDI EPISCOPI*. Obijt Eghardus dictus Ramesberch de Duderstad Canonicus huius ecclesie qui contulit unum molt siliginis forensis de domo claustrali domini Gerhardi ten Busche decani. *Quondam Henrici Beckers.* Obijt Aleydis de Bynchorst uxor Hermanni que contulit quartam partem decime Smedinck in Drinen.

XXVII f. *CRISANTI ET DARIE. VIGILIA*. Obijt Wilhelmus Beck presbyter Canonicus qui contulit unum modium siliginis ex domo Walteri Beckers. Nunc ex domo Henrici Rasecop. *Pecuniae sunt expositae pro minori organo, et sic fabrica teneretur.* Obijt Lubbertus ter Walstede, qui contulit i oorth gholdes ex Hinrikinc in Lemslo.

(f.56r)

XXVIII g. *SYMONIS ET JUDE APOSTOLORUM*. Festum domini Theodorici Risenbeke Canonici huius ecclesie et Curati in Oetmersem ad quod contulit unum molt siliginis ex bonis ter Steghen in Rossem tribus horis ministrandum scilicet in primis vesperis, in matutinis et in missa. *Alias nonam partem medii decimarum Vrilinc et Braeck.*

XXIX a. *NARCISCI EPISCOPI*. Obijt Elvericus Gherdinck qui contulit cum Fenna uxore sua quatuor solidos monete currentis ex domo Johannis Hoxberg. (In de marge rechts:) *Alias Johannis Bernardi de Daventria.*

**Obijt Metta Wonders que contulit unum modium siliginis ex bonis Wedeghinc et Dikinc.** *Pro nunc Egbertinc in Haslo, Schoppe in Gamminclo et Kotte in Lutta.*

*Obijt dominus Henricus Vedder vicarius huius ecclesiae qui contulit i modium siliginis per dominum Johannem Beveren perpetuandum, vel per Henricum de Meschede.*

XXX b. *GERMANI EPISCOPI*. Obijt Bernardus de Zebelinge miles qui contulit unum molt siliginis. De quo respondebit vicarius altaris Sancte Crucis.

(f.56v)

XXXI c. *QUINTINI MARTYRIS. VIGILIA*. Obijt Johannes Sticker qui cum uxore et liberis contulit unum molt siliginis ex bonis [Gertrudis de Heyden]. Pro nunc ex Wesselinc in Dulre.

## NOVEMBRIS

I d. *KL OMNIUM SANCTORUM. CESARIJ MARTYRIS*.

Item Aleydis Beyers contulit septimam partem bonorum Parve Baveloe ad peragendum memoriam omnium fidelium defunctorum die omnium sanctorum.

*Anno Domini 1479 obijt dominus Menso Kotte, vicarius huius ecclesiae, qui contulit decimam partem decimarum Hinrikinck et Hamsinc.*

II e. *EUSTACHIJ ET SOCIORUM EIUS. COMMEMORATIO ANIMARUM*.

(f.57r)

III f. *HUPERTI EPISCOPI*. Memoria duorum fratrum presbyterorum Kerstiani et Petri de Werslo qui contulerunt duos modios ordeï ex campo Ade. Memoria domini Johannis Bilrebeke pro qua cedit unus modius siliginis [de domo Huls et bonis Boningerhoff]. Pro nunc ex bonis Sclachorst Broekhues et Boliescamp in Boninge.

III g. *AMANTIJ EPISCOPI*. Obijt dominus Henricus de Awijc Canonicus huius ecclesie qui contulit decimam partem decimarum Hoykynck et Case.

V a. *ZACHARIE PROPHETE*. Obijt Wybbe Stengers que contulit unum molt siliginis ex bonis Ansemanninck in Voelt.

Obijt Elizabeth Puezen uxor Brunonis de Dulre que contulit dimidium molt siliginis ex casa dicta Scoppe in Gamynclo.

(f.57v)

VI b. *FELICIS MARTYRIS. LEONARDI CONFESSORIS*. Obijt Goswina uxor Pelerini ten Toorne, quae contulit i modium siliginis ex bonis ter Bente et Frederinckhove.

*Anno 1506 obijt Reinerus Schulten Officialis praepositi, qui contulit i modium siliginis per haeredes perpetuandum. Dimidia pars redempta est per Hermannum Scaep possessorem domus.*

*Altera pars petenda est ab Everardo ter Mollen et Johanna filia Reineri, quae Everardo nupta est; quae eam redemit, ut opinatur dominus Versen, Anno 1557.*

**VII c. WILLIBRORDI EPISCOPI.** Festum domini Henrici de Karsem ad quod contulit decimam Zanderinc in Stuterslo in legione Lutta grossam et minutam. Unde dabuntur duo solidi existentibus in matutinis.

**Obijt Hupertus de Laer miles pater domini Huperti prepositi qui contulit unum modium siliginis ex bonis Wilbertinc in Wolden.**

**Obijt Gherardus Thije qui contulit ut supra Cathedra Petri.**

**VIII d. QUATUOR CORONATORUM.** *Obijt Aleidis de Drunthen, alias Willems, et contulit i modium siliginis perpetuandum per Fredericum Brant secretarium Aldenzaliensem.*

*(f.58r)*

**IX e. THEODORI MARTYRIS.** Memoria Gerhardi Grawert et Hille eius uxoris qui contulerunt decimam grossam domus Scoppendael in Dulre cuius medietas nunc distribuetur. Reliqua vero medietas cedet memorie parentum dicti Gherardi.

**X f. MODESTI MARTYRIS.** Obierunt Wilhelmus Snuver et Tibbe eius uxor Diricus et Tibbe eius liberi qui contulerunt tertiam partem decime Veldinc in Roetmen.

**Obijt Delze Groethues que contulit unum modium siliginis de campo Ade.**

*Anno 1503 obijt Bernardus de Meschede decanus ecclesiae maioris Monasteriensis, et Canonicus huius ecclesiae, qui contulit pro se et suis parentibus modium tritici in panibus per Custodes ministrandum ex media decima Engelbertinc in Rossem, empta ab haeredibus Remberti Haxberg, et Fenna relicta ipsius.*

**XI g. MARTINI EPISCOPI.** Obijt Greta Grubben que contulit unum modium siliginis ex bonis Grubben in Vlederingen.

*(f.58v)*

**XII a. LEBUINI CONFESSORIS.** Festum domini Arnoldi de Almelo ad quod contulit medietatem medie decime molendini in Voelt.

**XIII b. BRICTIJ EPISCOPI.**

**XIII c. CLEMENTIS MARTYRIS.** Obijt Bertha uxor Alberti Schulten que contulit dimidium molt siliginis ex curia in Gheesteren.

**Obijt Yda van der Breden baguta que contulit unum modium siliginis ex domo Hessels Vrouwinc, olim Cruzenallerts. Nunc Gerardi Puesters.**

*(f.59r)*

XV d. *OTHMARI CONFESSORIS.*

XVI e. *EUCHARIJ EPISCOPI.* Obijt dominus Henricus de Vullenho decanus qui contulit in anniversario suo urnam butiri cum dimidio et unam aucam [retinebunt custodes] ex casa Duvendal in Lutta. **Item quelibet urna facit xvi cop, quodlibet cop facit iii libras, faciunt lxxij libras.**

*Obijt Hermannus Cremer qui contulit i modium siliginis ex domo Antonij Nitert in platea Episcopi, pro nunc Giselinc in Lutta.*

XVII f. *DYONISIJ EPISCOPI.* Commemoratio prepositi Huperti <prepositi> pro qua cedet medietas decime Assing apud Ulzen.

Commemoratio domini Jacobi Staggen pro qua cedet sexta pars decime Wensinc in Bornen.

Obijt Engele Wonders que contulit unum modium siliginis ex hospitali pauperum in Oldenzalia.

(f.59v)

XVIII g. *ROMANI PUERI. OCTAVA MARTINI.* Festum domini Eghardi de Ramesberch de Duderstad Canonici huius ecclesie ad quod contulit medietatem decime Wesselinc in Dorninghe.

XIX a. *ELISABETH VIDUE.* Festum domini Arnoldi de Karsem ad quod contulit unum molt brasij de domo Egbertinc in Roden *in Lutta.*

XX b. *PONTIANI PAPE.* Obijt Jutta de Bervorde que contulit unum modium siliginis ex vicaria Trium regum.

(f.60r)

XXI c. *RUFII MARTYRIS.* Obijt Nicolaus de Welvelde qui contulit quartam partem decime magne Caveryc.

*Festum Praesentationis Beatae Mariae Virginis ad quod contulit dominus ac magister Johannes Douslager Decanus huius ecclesiae i modium siliginis ex Hersevelde apud Delden in panibus ministrandum.*

XXII d. *CECILIE VIRGINIS.* Festum domini Jacobi Staggen ad quod contulit duplam tertiam partem decime parve Heghehuzen.

*Commemoratio domini Johannis de Beveren ad quam contulit i modium siliginis ex Hoevel in Gamminclo.*

XXIII e. *CLEMENTIS PAPE.* Festum domini Arnoldi de Steenwijk ad quod contulit unam libram lovaniensium denariorum ex domo claustrali domini Hermanni Bever inter presentes distribuendam. Nunc domini Bernardi Kerkering.



Item statuit idem dominus [Hermannus] Arnoldus ut in secundis vesperis die Clementis et in crastino ipsius iterum sua memoria peragatur pro qua contulit quartam partem decime Ullande apud Aldenzaal.

Item contulit dimidium molt siliginis ex certa decima Harberding in Vlederingen inter presentes distribuendum.

Obijt dominus Conradus de Loen presbyter qui contulit dimidium modium siliginis ex domo [Fennen Dalkaten iuxta forum]. **Pro nunc Mensonis Sartoris.**  
*Nunc ex decimis Hinrikinc et Hamsinc.*

(f.60v)

**XXIII f. CRISOGONI MARTYRIS.** Obierunt Johannes die Korte van Langhen et Katherina de Godelinchem qui contulerunt decimam partem bonorum Vlakesbeke in Losser.

**XXV g. KATHERINE VIRGINIS.** Festum domini Wilhelmi de Bervorde ad quod contulit casam dictam Smelinxkote sitam in Voelt solventem modo unum molt siliginis forensis.

Obijt Wilhelmus ten Koldenbroke qui contulit septimam partem decimarum Curie in Hilten et Hartgherinck.

*Commemoratio Thomae de Ruwe praesbiteri ut infra Nativitatis Christi.*

*Anno 1488. Obijt dominus Henricus de Besten, qui contulit i molt siliginis ex Lambertinc in Lutta.*

**XXVI a. LINI PAPE.** Obijt Hupertus famulus qui contulit decimam Kokenberghe in Lutta presentibus distribuendam.

Obijt Ludolphus Grawert qui contulit pro se et uxore sua Lammeke quintam partem decimarum Reping et Steghe *in Aglo.*

(f.61r)<sup>1</sup>

**XXVII b. AGRICOLE MARTYRIS.**

**XXVIII c. MANSUETI MARTYRIS.**

*Anno 1475 ordinavit dominus Wenemarus de Beveren Canonicus Monasteriensis et Aldenzaliensis quod semper dominica ultima post Pentecosten celebrabitur festum sanctae Trinitatis, ad quod contulit decimannonam partem decimarum Hinrikinc et Hamsinc.*

**XXIX d. Radbodi Episcopi.<sup>2</sup> VIGILIA.**

Obijt dominus Johannes Lephardi curatus in Losser qui contulit unum molt siliginis ex domo claustrali [domini Johannis Brand]. **Pro nunc domini Ludolphi ten Toern.** *Alias domini Johannis Daventriensis.*

---

<sup>1</sup> Folio 61verso is leeg; wel is het woord *novembris* ingevuld evenals de lijnen van het kader.

<sup>2</sup> De naam *Radbodi* is ingeschreven door hand E (Rovenius).

(f.62r)

XXX e. *ANDREE APOSTOLI.*

## DECEMBRIS

I f. *KL PELAGIJ EPISCOPI.* Commemoratio domini Johannis Bilrebeke alias Gherburgis pro qua cedet unus modius siliginis ex bonis Schalchorst cum alijs in Boninghe.

II g. *VERI ET SECURI MARTYRUM.* Obijt Arnoldus custos de Almeloe qui contulit unum molt siliginis forensis ex certa decima Hazelbeke apud Oetmersem.

Memoria Henrici Spillenrumpes alias ten Oerde et suorum parentum ad quam contulit medietatem decime Retberghe in Alberghe.

(f.62v)

III a. *CLAUDII MARTYRIS.* Obierunt Johannes de Laer et Jutta eius <uxor> qui contulerunt decimam partem bonorum Vlakesbeke apud Losser.

III b. *BARBARE VIRGINIS.* Festum domini Johannis Hoxberge Canonici huius ecclesie ad quod contulit quintamdecimam partem bonorum Abrahamynck in Aglo, tribus horis ministrandis (=am).

Obijt Rembertus conversus de ordine penitentie qui contulit octavam partem decimarum Oesterwijn et Weghe in Dulre.

Obijt Ludolphus Asbeke pro cuius memoria cedit tertia pars decime parve Hulswijn apud Enschede.

V c. *DALMATIJ MARTYRIS.* Obijt Lutgardis Depenbroeck que contulit septimam partem decime Herinc in Rossem.

Obijt dominus Henricus Hont decanus huius ecclesie anno MCCCCXVI qui contulit medietatem decime Berghe in Lemeslo.

Obijt Styna uxor Nicolai Overhagen que contulit alterum dimidium modium siliginis de parvo Hulscher in Bornen.

(f.63r)

VI d. *NICOLAI EPISCOPI.* Festum domini Arnoldi de Esche Canonici huius ecclesie ad quod contulit decimam Evergarinck grossam et minutam ex qua cedet unum molt siliginis in augmentationem luminis lampadis ante Sacramentum. Item contulit decimam quorundam agrorum dictorum des Vryenland.

VII e. **OCTAVA SANCTI ANDREE.** Obierunt Lubbertus custos et Ghertrudis eius uxor qui contulerunt sextam partem decime Lusinc in Drynen.

**Memoria domini Johannis Pijl pro qua cedet unum molt siliginis ex bonis Johannis Hoxberx per eum perpetuandum.** *Quondam sexta pars decimae Morschinc in Dulre.*

*Obijt dominus Hermannus Fabri vicecuratus huius ecclesiae qui contulit i modium siliginis pro se et suis parentibus ex Frederinchove et Cogenschote.*

VIII f. **CONCEPTIONIS BEATE VIRGINIS.** Festum domini Philippi de Almeloe prepositi sancti Salvatoris ad quod contulit quartam partem decime Ullande apud Aldenzael.

*Obijt Hille ten Holthuiss alias Kotten, quae contulit modium siliginis.*

(f.63v)

IX g. **CIPRIANI ABBATIS.**

X a. **EULALIE VIRGINIS.** Obierunt Stephanus de Amsem dictus Tunnyken et Bertha eius uxor qui contulerunt tertiam partem domus Dalhus in Lutta.

Obijt dominus Wernerus Slij decanus anno MCCCC nono

pro cuius memoria ministrabitur tertia pars decime Wernsinck in Losser.

Obijt Daye ter Smeden que contulit dimidium modium siliginis *ex domo sua quondam Johannis de Daventria.*

Commemoratio Aleydis de Esche et suorum parentum pro qua contulerunt unum modium siliginis ex bonis Wilbertinc in Wolde.

Obijt mater domini Arnoldi Wonder Swene Gherberts que contulit dimidium modium siliginis ex domo et bonis Johannis Wonder. *Nunc decimam partem decimae Adelinck.*

XI b. **DAMASI PAPE.** *Memoria domini Johannis van Drunthen praesbiteri et canonici huius ecclesiae, pro qua cedet unus modius siliginis ex Engelbertinc apud Delden. Haec agitur 14 Julij.*

(f.64r)

XII c. **PAULI EPISCOPI.** Memoria Johannis Grawert, Yde eius uxoris, filiorum et filiarum eorumdem, ad quam peragendam contulit Gherardus filius dictorum coniugum medietatem decime grosse domus Stopendael in Dulre.

XIII d. **LUCIE VIRGINIS.** Obijt Swene Stagghen qui contulit unum modium siliginis ex orto Roterdes extra portam episcopi. *Nunc quartam partem mediae decimae Roderdinc.*

Obijt Margareta de Besten uxor Rotgeri de Besten que contulit unum modium siliginis per Johannem Schulte filium suum perpetuandum.

XIII e. **YSIDORI MARTYRIS.** Commemoratio domini Huperti prepositi pro qua cedet medietas decime Assinc apud Ulzen.

**Commemoratio domini Jacobi Stagghen pro qua ministrabitur sexta pars decime Wensinc in Borne.**

*Obijt dominus Henricus Becker Canonicus et Senior Anno 1528, qui contulit i modium siliginis inter praesentes Canonicos et vicarios in panibus ministrandum, nunc ex usufructu dominorum de Capitulo. Idem contulit eodem die modium siliginis pro celebrantibus ex Humbeke.*

(f.64v)

XV f. **VALERIANI MARTYRIS.** Memoria domini Wilhelmi de Bervorde ad quam peragendam contulit tertiam partem decime Asveldynck in Drynen.

*Anno 1491 obijt strenuus vir Rodolphus de Bervorde militans, magister curiae Reverendissimi Domini David Episcopi Traiectensis, et partium Twentiae Reddituarius, qui contulit duos modios siliginis ex Gersevelde apud Delden.*

XVI g. **ANANIE AZARIE MYSAELIS.** Memoria domini Gardunci Canonici huius ecclesie presbyteri ad quam contulit duos modios siliginis ex Borch in Haslo. *Pro nunc ex decimis Hamsinc et Henrikinc in Lemslo.*

*Memoria domini Johannes de Beveren Canonici huius ecclesiae, ad quam peragendam contulit 1 florenum Rhenensem per custodes ministrandum ex Liefferdinc in Udele.*

XVII a. **LAZARI MARTYRIS.** Obijt Nicolaus Overhaghen qui contulit alterum dimidium modium siliginis ex bonis parve Hulscher in Bornen.

*Anno 1476 obijt Nicolaus de Overhagen filius dicti Nicolai, qui contulit pro se et Aleide uxore sua sex scepelinos ex decima Gersinc in Manre et i scepelinum ex domo Gerardi Enzink apud murum.*

(f.65r)

XVIII b. **CANTIANI EPISCOPI.** *Obijt dominus Johannes ter Berket vicarius huius ecclesiae, qui contulit quartam partem mediae decimae Roderdinc in Doringe.*

XIX c. **NEMESIJ MARTYRIS.** *Obijt Margareta soror Swederi, quae contulit quintam partem decimae Kevelham apud Goer, nunc Duvelshof in Lutta. Vide infra 20 Dec.*

XX d. VIGILIA.

**Obijt Margareta soror Swederi que contulit quintam partem decime Kevelham apud Goer.**

(f.65v)

XXI e. **THOME APOSTOLI.** *Anno 1549 obijt venerabilis vir dominus ..<sup>1</sup>.tonius a Drolshagen Canonicus huius ecclesiae, qui contulit modium siliginis ...*

---

<sup>1</sup> Vermoedelijk staat hier *Antonius*; deze twee passages zijn door een vlek op het perkament vrijwel onleesbaar.

XXII f. XXX MARTYRUM. *Commemoratio domini Johannis de Beveren ad quam contulit unum modium siliginis ex Hoevel in Gamminclo.*

*Commemoratio domini Siberti Riswyck praepositi, pro qua contulit i aureum Rhenensem ex parva Westerwyck.*

XXIII g. XX MARTYRUM. Obijt dominus Baldericus *de Clivis*<sup>1</sup> Episcopus Traiectensis fundator Collegij Aldenzalensis qui contulit medietatem decime Bodekerinc in Loniker.

Item contulit tertiam partem decime Ruehoff in Haslo.

Obijt Lummeke de Sconevelde que contulit octavam partem decimarum Oesterwyc et Weghe.

*Fundavit dominus Baldericus Collegium sancti Plechelmi anno 954, et Corpus sancti Plechelmi Aldenzaliam ex monte sancti Petri prope Ruraemundam transtulit. Praefuit Episcopatu per annos 59.*

(f.66r)

XXIII a. VIGILIA. Obijt Bruno de Dulre qui contulit unum modium siliginis [de bonis Noerthoff in Dulre] pro se et Margareta de Warmeloe. Quartam partem bonorum medietatis Stuterlinc in Wylsem.

*Obijt Arnoldus Jegher, qui contulit i modium siliginis per Arnoldum Knyp perpetuandum.*

XXV b. **NATIVITAS DOMINI NOSTRI JHESU CHRISTI.** Dominus Stephanus Beyer canonicus huius ecclesie contulit canonicis et vicarijs necnon chorisocijs presentibus in missa Domine nostre beate Marie Virginis in aurora cantanda unum molt siliginis forensis ex certa decima domus Unstedinc apud Ulzen sub trabe.

*Obijt dominus Thomas Ruwe vicarius ecclesiae Daventriensis, qui contulit maiorem calicem superioris altaris, cum patena, et ampullis argenteis maioribus, pro quibus peragetur omni mense memoria ipsius et parentum ad eorum sepulchrum.*

XXVI c. **STEPHANI PROTHOMARTYRIS.**

(f.66v)

XXVII d. **JOHANNIS EVANGELISTE.** Obijt Gherardus de Dulre decanus huius ecclesie qui contulit medietatem decime domus Steghe in Rossem.

Obijt dominus Gharduncus canonicus presbyter.

Obijt Aleydis ten Mersche que contulit dimidium modium siliginis de domo et orto extra portam que dicitur Dorningher poerte, Swarte Johannis. *Nunc ex decima Hinrikinc et Hamsink.*

XXVIII e. **SANCTORUM INNOCENTUM MARTYRUM.** Obierunt Ferneke mater domini Henrici de Wersloe et Goswinus eius pater qui contulerunt unum molt siliginis forensis ex domo Gheerdinc in Dulre.

---

<sup>1</sup> De woorden *de Clivis* zijn erboven geschreven door hand E (Rovenius).

**Obijt Talle Pothoves que contulit unum modium siliginis ex domo Ghertrudis de Heyden et eius orto dicto Rozengarde.** *Alias ex Hesselink in Dryne, nunc ex Egbertink in Haslo, Schoppe in Gamincllo, Kotte in Lutta.*

**XXIX f. THOME MARTYRIS.** **Obijt dominus Johannes Gherburgis alias Bilrebeke presbyter canonicus huius ecclesie qui contulit unum molt siliginis ex bonis Leeffardinc in Udele. Anno Domini MCCCCXL. Item contulit duodecim modios siliginis per circuitum anni singulis mensibus unum modium pro memoria sua peragenda.** *Item i molt siliginis ex Laschehof, Rolinc et Strehof.*

**Obierunt Bolte Platemaker et Sweneke eius uxor qui contulerunt septimam partem decimarum curie in Hilten et Hartgherinc.**

*(f.67r)<sup>1</sup>*

**XXX g. PERPETUI EPISCOPI.**

**XXXI a. SILVESTRI PAPE.** **Obijt dominus Arnoldus Riquinync qui contulit decimam partem bonorum Mersch et Schuer in Lutta. Item idem contulit duo molt siliginis ad mandatum in cena Domini que ante omnia recipientur ex bonis Mersch et Schuer predictis.**

**Obijt Styna mater domini Leefhardi Cluppel canonici que contulit medium modium siliginis ex domo et bonis Bernardi Zwaferdinck.**

*Obijt dominus Gerhardus Toppinc Decanus huius ecclesiae, qui contulit unum modium ex Frederinchove et Cogenscote. Item idem ordinavit quod ferijs secundis finitis matutinis in choro debeat cantari missa pro fidelibus nisi festum impediatur, quo impediante missa legi debet. Pro quo contulit decem modios siliginis ex praedictis bonis percipiendos et per Custodes ministrandos, de quibus dabitur custodi pro pulsu campanae unus modius. Et debent ad huiusmodi missam observandam duo deputari, quorum alter cum duobus scholaribus Choro providebit, et alter missam cantabit. Et contulit ex iisdem praedijs pro admissione ac pro pane et vino eiusdem missae duos modios siliginis.*

*Obijt <sup>2</sup> dominus Henricus Vordenus ecclesiae huius Decanus, qui per Executorem suum Dominum Ludolphum Brunesium Canonicum numerari fecit trecentos et quinque florenos brabantios, quorum annuum censum Capitulum partim hoc anniversarij die vel pridie ante, si sit impedimentum distribuet inter Canonicos et Vicarios, decano duplum videlicet novem florenos de quibus praesentes in Choro et Celebrantes pro anima Fundatoris participabunt. Partim in festo sancti Augustini quod est 28 Augusti, scilicet novem floreni ut supra praesentibus in tribus horis distribuentur, uti suo loco notatum.*

*(f.67v)*

### **De domino Henrico Hont decano huius ecclesiae**

<sup>1</sup> Folio 67r is (logischerwijze) de enige van de kalender waarop twee in plaats van drie dagen genoteerd staan.

<sup>2</sup> In de marge links naast *Obijt D.Henr.Vordenus* staat met een nog latere hand: *Anno 1628.*

Anno Domini millesimo quadringentesimo decimo sexto (1416). In profesto sancti Nycolai episcopi obiit dominus Henricus Hont de Arnhem decanus huius ecclesie. Cuius anima requiescat in pace.

Hic fundavit et copiose ditavit hic in ecclesia unam vicariam videlicet sanctae Mariae magdalene.

Item perpetuavit unam candelam cum tribus memoriis in choro.

Item exposuit quadraginta scuta antiqua monetae regis franciae pro quinque modiis siliginis perpetuae pensionis ad quinque altaria hic in ecclesia.

Item contulit decem volumina librorum videlicet egregiam bibliam distinctam in quatuor volumina.

Item lectionarium sive passionale apostolorum.

Item unum psalterium et unum graduale iacentia ante decanum.

Item medium Missale videlicet hyemale.

Item librum evangeliorum unde omni die legitur evangelium ad missam.

Item librum expositionis beati gregorii super ezechielem prophetam.

Item illam meliorem cappam rubeam cum fibula. Et ornamentum rubeum cum dalmaticis ipse procuravit, incidit et propriis manibus consuit.

Item cum magna maturitate composuit registrum dominorum de bonis ecclesiae, distinguens bona divisionis a bonis presenciarum. Nam quasi omnem noticiam quam habemus de ipsis bonis ecclesiae ipse primum ex diversis quaternulis et registris cum labore collegit. Cuius anima requiescat in pace. Et merito orabimus pro eo. Reliquit enim nobis exemplum bonum ut ad similia provocemur.

Anno Dni millesimo quadringentesimo nono (1409), die mercurii, XXVIII mensis Augusti, ac beati augustini episcopi et confessoris, in loco nostro capitulari, nobis decano ac capitulo inibi capitulariter congregatis, capitulo ad hoc solempniter indicto, fuit per nos decanum et capitulum concorditer promissum dno Remberto de list, Decano et canonico ecclesiae sancti Lebuini daventriensis, Trajectensis dyoceseos, instanti et propter deum et beatam mariam eius matrem id petenti, quod perpetuis temporibus debemus et tenemur per nos ac nostros vicarios et chorisocios singulis diebus lune finito completorio statim incipere et cantare per totum in choro nostro antiphonam Tota pulchra es amica mea etc. ac singulis diebus Martis simili modo post completorium cantare antiphonam Alma Redemptoris Mater etc. usque in finem. Necnon singulis diebus veneris cuiuslibet septimane eodem modo cantare solempniter in choro nostro statim post completorium antiphonam Salve Regina etc. usque per totum cum earum et cuiuslibet dictarum antiphonarum versiculis et collectis. Idem vero dns Rembertus propter deum et salutem anime sue nobis dedit et legavit in prompta pecunia centum florenos pro nunc currentes ad emendum certos redditus annuos pro distributione facienda singulis canonicis et vicariis ac chorisociis, presentibus

**in choro dumtaxat, et cantantibus dictas antiphonas vel aliquam earum. Omni dolo et contradictione exclusis in premissis.**

---

*(f.68r-74v) SUPPLEMENT: zie aldaar.*

*laatste wijziging: wo. 29 apr '09; GG*